

**Honori Novissimo Viri-luvenis ... Dn. Ernesti Cothmanni, Magni illius Iuris-  
Consulti & Cancellarii Meklenburgici Dn. Johannis Cothmanni, Filii  
desideratissimi, Cum post placidam in Jesu mortem in Incluta Giessensi die XXII.  
Martii Anno cl Ic LIX. solemnem Ceremoniam tumulo inferendum corpus esset  
Sacrum**

Rostochi[i]: Richelius, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770476228>

Druck Freier  Zugang



HONORI NOVISSIMO  
VIRI-JUVENIS  
NOBILISSIMI & PRAECELLENTIS  
DN. ERNESTI COTHMANNI,

*Magni illius Juris-Consulti  
& Cancellarii Meckleburgici*

DN. JOHANNIS  
COTHMANNI,

Filii desideratissimi

Cum post placidam in Jesu mortem  
in Incluta Giessensi

die XXII, Martii Anno cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> c LIIX.  
solemni Ceremonia

cumulo inferendum corpus esset  
SACRUM.



ROSTOCHI

Typis Johannis Richelii, Ampl, Senatus Typ.

49.  
LB. FP. Cothmann, Ernest / B





ERNESTUS COTHMAN, JUVENIS.

*Anagr.*

MORTUUS ES, HINC, NATE VENIS.

**S**umme Vir, Antistes legum, carissime Musis,  
Nobile cor Patrii Principis atque decus;  
ERNESTI lugens vehementer funera Nati,  
Namque senectutis spes tua magna jacet.  
Ille jacet, tua qui vestigia nota secutus  
Ad juga virtutis nobile cepit iter,  
Illi jamque Themis sacri de vertice Pindi  
Monstrabat niuidis fersa ferenda comis.  
Non tulit hoc Lachesis præstantibus invida cœptis  
ERNESTI duce quâ stamina rupta cadunt.  
Pone modum luctu, supremi Numinis illud  
Sanctum velle fuit, sit quoque velle tuum.  
Quisque regis multos, rege Te COTHMANNE;  
profare,  
Suppeditat pennæ quod metagramma. m. æ:  
MORTUUS ES, dilecte, VENIS HINC æ-  
thris in aulam.  
Isthic æternum, NATE, beatus eris.

JOANNES PETRÆUS,

Patr. Rostoch. Cos. Sen.

*Trium-*

Triumphus Æternitatis:

**F**elix, qui DOMINO moritur! qui gaudia  
JESU

*Hæc mundi scenâ ter meliora facit!  
Asperius nihil est vitâ, quam vivimus: atque  
Æternâ nihil est suavis hâc regnie!*

Magnificæ Domui

BEATISSIMI PECTORIS

obitum lugenti,

solatio scriptis

Bernh. Gosman,

Th. D. & P. P.



**S**iccine turbatur naturæ cursus & ordo  
O spes fallaces! Scriptio tristis ad  
Nuncia fama refert: Moritur peregrinus,  
Hassiacis, iterum filius ante patre  
Octavus cursum properè jam ceperat ann  
Ast omnes nondum præteriere die  
Cum primogenitum nimia inclementiam  
In medio cursu hic abstulit ante di  
Nostra Rhodante suo dum charo cive, car  
Se vidit, luctus publica signa dedi  
Quis non hæcce vices tristes, Vir Magne,  
Quas iterum imposuit nunc tibi de  
Quod nos post reditum læti speravimus o  
Reciditad nihilum, sic pia fata vol  
Ludit in humanis Domini suprema volun  
Illius haut nostra est prævalet illa  
Prævaleat merito, verboq; resistere eidem  
Non decet, hautvè pium est, nam be  
Bella cruenta, nefas, incendia, furta, rap  
Grassantur passim, nec pia, justa va  
immundo mundo quis non excedere vall  
Si visum fuerit, complacitumq; DE  
Colligit ille suos, quibus hujus temporis al  
Et ficti vultus verba nocere queant.  
Summa DEI bonitas! onus hoc immisit &  
Ferre juvabit idem, ne opprimere  
Hunc haustum calicis, tibi quem nunc po  
Edulcare sciet, pro bonitate sua;  
Sis mihi, sis patriæq; superstes Nestoris an  
Incolumisq; bonis omnibus, atq; t  
*Quibus pl. venerando Dn. socero, deb  
condolentiam declar*  
Albertus Willebrand

